

## Notitiae Ecclesiasticae saeculi I.

LXXXIII. Quisquis Imperatorem, aut Magistratum contumeliam afficeret: supplicium luto, & quidem si Clericus sit, deponitor; si laicus, a communione removet.

LXXXIV. Sunt omnibus vobis, Clericis simul & laicis venerandi ac facti libri, veteris quidem testamenti, Moysis quinque, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium: Iesu filii Nave unus, Iudeum unus, Ruth unus, Regnum quatuor, Derelictorum ex libro dierum duo: Eter unus, de Machabaeorum gestis tres, Job unus, Psalterium unus, Salomonis tres, Proverbia, Ecclesiastes, Canticum cantorum, Prophetarum duodecim: unus Esaia, Jeremias unus, Daniel unus. Inquiritor autem a vobis extrinsecus, ut adolescentes vestri addiscant item Sapientiam eruditis Syrach. Natura vero, hoc est novi testamenti, Evangelia quatuor, Matthaei, Marci, Lucae, Joannis: Pauli epistola quatuordecim: Petri epistola due: Joannis tres: Jacobi una: Jude una: Clementis epistola duas, & praecotiones, que vobis Episcopis per me Clementem in libris octo nuncupata sunt, quas omnibus publicare non oportet ob quadam arcana, qua in se continent: Et actiones nostras Apostolorum.

## D E C O N C I L I I S E C C L E S I A E:

De differentia, & convocatione eorumdem, de personis, &c.

## O B S E R V A T I O N E S.

1. Philo, olim a Sancto Ecclesia Doctore Epiphanius consecratus Carpathiorum Episcopus, exponens ista Cantici Salomonis verba, *Capilli mihi scut greges capraru*m, scribit, Ecclesia sponsa Christi capillatum esse sancta Concilia. Quemadmodum enim testante Apostolo, 1. Cor. 11, mulieri ad ipsius ornatum capillos Deus concessit, ita etiam ex Sacris Conciliis decorum & dignitatem acquirere Ecclesie munificam & precepiam. Per hac enim divinum numen Christianos populos edocet omnem fidei veritatem, sacrae regulae prescribit, quarum dum fulcitur sacra disciplina Christianorum, mores virtutibus illustrantur, universa Ecclesia, ut sponsam Christi decet, sanctificatis ornamentis decoratur. Hac attendentes Concilii Constantini sapientissimi Patres haec asseruerunt s. 39. Conciliorum generalium celebratio atri Domini principia cultura est, que repres, tribulos, & spinas heresem, errorum & schismatum extirpar; excessus corrigi, deformata reformat, & vineam Domini ad frumentum uberrima fertilitatis adducit. Illorum vero defectus ac negletta premisa mala disseminant, arque fovent.

2. Conciliorum celebrandorum jus & potestas, qua potuit Ecclesia, ex ipso divino iure atque Apostolicis traditionibus derivatur. Id praecepit docet Apostolorum Concilium decreto suo Spiritus sancti auctoritatem auctoritatem his verbis. *Vtum est Spiritui sancto & nobis*, Act. 15. Ipse Dominus Deus sic effatur, Matth. 18. *Ubi fuerint duo vel tria in nomine meo congregati, ibi in medio eorum sum*. Hoc enim Christi oraculum Celestius Papa in epist. ad Concil. Ephesinius & Concilium Chalcedonense in sua ad Leonem Papam epist. Synodica: insuper & sexta Synodus act. 17. sacris Ecclesie Synodis accommodant.

3. Quatuor dinumerantur Conciliorum differentie, 1. Generalium seu Ecumenicorum. 2. Nationalium. 3. Provincialium. 4. Diocesanorum. Generalia illa sunt ad quae conveniendi jus habent omnes & singuli universae Ecclesie Episcopi, quibus presidet, vel per se, vel per Legatos a se missos, Summus Pontifex. Nationalia illa sunt ad quae convocantur unius alijus regni vel nationis Presules, quibus aliquis Patriarcha vel Primas presidet, aut nonnunquam ipse Papa, missive Pontificii Legati. Qui enim potest Concilia generalia ob collatam sibi a Christo auctoritatem indicere per universam Ecclesiam, eadem ratione minora potest Concilia in aliqua Ecclesie regione convocare, qualia pleraque habemus Gallicana: quibus nunc Summus Pontifex, nunc Pontificii Legati, prout ipsi Papa vobis fuerat, praeferuntur. Provincialia demum Concilia unius Provincie finibus coercentur. Atque illa veteres Canones bis unoquoque anno cogi a Metropolitanis statuere. Tres ista Conciliorum species, Generalium, Nationalium, Provincialium, commemorantur ab Augustino hec dicente lib. 2. de Baptismo contra Donatistas capit. 3. Concilia Provincialium, vel etiam majora, qualia sunt Regionum, a plenariis Concilii emendantur. Quin etiam ipsa Nationalia interdum a Patribus nomine Generalium & universalium

designantur. Atque ut alios sileam, ipse Augustinus eodem lib. 2. de Baptismo cap. 9. vocat primum Arelatensem, in quo soli convenere Occidentis Episcopi, plenarium, universale, & universa Ecclesia Concilium.

4. Nec tantum minoribus Concilii majora sic prevalent, ut ea emendare valeant, sicut paulo ante dictum est, sed etiam a posterioribus Synodis priores tametsi non minores revocantur, aut emendantur. Præstat ipsum audire Augustinum eodem lib. 2. de Baptismo cap. 3. dicentes: *Ipsa Concilia, que per singulas Diacones vel provincias sunt, pleniorum Conciliorum auctoritatem, que sunt ex uniuerso orbe Christiano sine ullis ambiguitatibus cedere: ipsaque pleniora saepe priora posterioribus emendari, quam aliquo experimenio rerum aperitus quod classum erat, & cognoscitur quod latebat*. Hujusmodi quamplurima occurruerunt exempla in ita, quam prosequuntur, Notitia Conciliorum.

5. Discremen inter generalia, & his minora Concilia, non consistit in maiore vel minore Prelatorum qui intersunt numero: Contigit enim aliquando numerosorem esse ceterum Concilii nationalis, quam fuerit Concilii Generalis. Secunda cœcumenica sub Damaso Papa Synodus Constantinopolis habita, non plures quam centum quinquaginta numeraverat Antistites, cum tamen nationalis Carthaginensis, cui Sanctus interfuit Augustinus, ducentis & septuaginta Episcopis constituit, teste Prospero in Chronico. Sola itaque convocation ex legitima auctoritate promanans, plures provincias complectens, totum facit in hac re discremen. Si ergo Summus Pontifex, cuius utique est in universam Ecclesiam potestas, universos ad Concilium Catholicos Episcopos acciverit, id erit Ecumenicum, ac Generale. Sed si Summus idem Pontifex, aut Patriarcha, vel Exarchus, aut Primas, unius tantummodo regionis Antistites advocaverit, quantocunque numero convenerint, illud erit Nationale.

6. Judices in Conciliis necessarii, atque ex jure divino ordinarii, non alii sunt quam Episcopi. His enim regimen Ecclesia sue creditur ejus sponsus Christus Jesus; his eidem Spiritus sanctus ex officio proprio ipsorum præcipit, Act. 29. *Attende vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo*. Jure autem Ecclesiastici privilegii S. R. E. Cardinales, tametsi non Episcopi, judices in Conciliis existunt. Propagatum fuit hoc idem ab Ecclesia privilegium ad Abbates consecratos, & Ordinum regularium Generales, adeo ut ex diuina confuetudine jus illud eis accesserit: Universa enim Latinorum generalia Concilia huic iuri præluerunt. Quin etiam in Niceno secundo, quod Graecorum fuit, universali Concilio Act. 4. legimus subscriptos, una cum Episcopis, Archimandritas & monachis, id est, Abbates ac regulares Praefules. In libro quoque Pontificis statuit, ut qui ab Episcopis benedicuntur Abbates, sese jurariorum astringant accedendi ad Concilium, quotiescumque a Papa vocabuntur.

7. Presbyteri aliquando sapientia & eruditione præcelentes admissi sunt ad suffragia in Conciliis consultiva, aut etiam ut praesentes heresiarchas disputando convenerint, ac expugnent. Ea de causa Origenem ad Concilium Arabicum introduxerunt Episcopi, qui tanta ratione vi nasecentem quandam heresim profagivit, ut illius auctores, & sectatores, in eo ipso Praefulum cœtu, ad Catholicam fidem revocarit, ut testatur Eusebius lib. 6. Hist. Eccles. c. 37. Qui idem lib. 7. cap. 28. refert admisum in Synodum Antiochenam fuisse Malchionem presbyterum, ad refutandum & impugnandum Paulum Samosatenum heresiarcham, propter quem Synodus inde fuerat, idque Malchionem strenue & feliciter praefuisse. Rufinus, & Socrates perhibent, Alexandrum Alexandria Antilitem secum ad Nicenum Concilium Athanasium Diaconum adduxisse: hunc vero aceruisse adversus heresiarcham Arium, ejusque fautores Episcopos instituisse. Quod idem in Constantieni Concilio factum legimus, adversus Joannem Hus & Hieronymum Præfalem pariter Heresiarchas: præfutumque similiiter fuisse in Tridentino, si Lutherani & Sacramentarii induito sibi uti voluerint conneatu.

8. Præter itam quam attigi caussam, tres alias observa, propter quas sapientia vobis fuit Episcopis, ut Clerici secundi ordinis infra Synodos introducerentur, scientia & prudentia insignes; quibus etiam decisum suffragium impertiebantur. Præter hos itaque solebant alii intromitti Episcoporum absentium procuratores, qui votum ferebant decisum quale habuissent Episcopi a quibus mittebantur, & quorum vices gerebant. Denique vocari solent alii ad ventilandas & examinandas in privatibus Congregationibus propositiones, quarum postea definitum iudicium, non ipsis quidem, sed Episcopis in Concilio reservatur.

9. Sacerdotes hoc fine ad Concilium vocati, ut con-

## De Conciliis Ecclesiæ Observationes.

currentibus cum Episcopis votis res deiderent, ac definiarent, non sedebant tamen promiscue cum Episcopis, sed ab horum tergo: quemadmodum etiam sejunctim post Episcopos subscrivebant. Idipsum liquet ex Synodis antiquis subscriptionibus qua supersunt. Concilium Elberitanum isto inchoatur exordio: *Cum confidissent sancti & religiosi Episcopi in Ecclesia Elberitana, residentibus etiam viginti & sex presbyteris, adstantibus Diaconis, & omni plebe*. Romanum similiter Concilium relatum a S. Gregorio Magno lib. 4. epist. 44. sic habet: *Gregorius Papa coram sanctissimo Beati Petri corpore, cum Episcopis omnibus, ac Romana Ecclesia presbyteris residens, adstantibus Diaconis & canto Clero*. In cuius Concilii fine subscrivunt post Gregorium Papam duo & viginti Episcopi, & seorsim ab his complures presbyteri. Concilium pariter Toletanum, can. 4. præscribit istam habendi Concilii formam: Post ingressum Episcoporum, atque confessum, vocentur deinde presbyteri, quos causa probaverit introire. Nullus se inter eos ingrat Diaconorum. Post hoc ingrediantur Diaconi probables, quos ordo probaverit interesse. Et corona facta de sedibus Episcoporum, presbyteri a tergo eorum resideant. Diaconi in conspectu Episcoporum stent. In primis Apostolorum Synodus, in quibus licet eis, si libuerit, alios excludere quoquecumque, legimus in Actis Apostolorum cap. 1. & 6. & 15. admissos etiam ad suffragium definitivum presbyteros seu Seniores.

10. De Procuratoribus Sacerdotibus, quos ad Concilia mittentibz Episcopi, qui per se interesse nequivant, diversimode actuam compero inter Orientales Synodos, & Occidentales. In Orientalibus plagiis convocatis Synodis, ad euendelectionis, suffragii, & subscriptionis ordinem recipiebantur presbyteri, qui Episcopis eos delegantibus, si presentes fuissent, debebant. Facile id compertum cuius percurrent acta & subscriptiones Nicene prime; & Nicene secunda, necnon Constantiopolitanarum, & Ephesinae, & Chalcedonensis, ipsiusque licet schismaticae Quinisextæ. At vero diversa viginti confuetudo in Occideturum regionum Concilii. In his enim Sacerdotes, absentium Episcoporum vicem gerentes, votum quidem ferebant decisum; non tamen inter Episcopos confidebant, & seorsim ab ipsis subscrivebant. Id liquet ex primo Arelatensi Concilio; ex Romano primo sub Pontifice Symmacho, ex Agathensi; ex Aurelianensi secundo, tertio, quarto, & quinto: (nam in Aurelianensi primo soli Pontifices subscripti: ) præterea ex Cabilonensi; ex Africanis Concilio, temporibus Innocentii, Zofimi, Bonifaci, Cœlestini Romanorum Pontificum; ex Hispanicis etiam Elberitano, Illemoni, Valentino, Egarensi, & plerique Toletani.

11. Longe aliud tamen semper, & ubique terrarum observatum in Apostolicis Legatis fuit; non solum in Episcopis, sed etiam in secundi ordinis Sacerdotibus, & Diaconis: quippe quibus honoratio sedes semper reservata fuit, etiam ante omnes Patriarchas, & Primates. Pius Papa IV. instaurato, quod fuerat intermissione, Tridentino Concilio, editix de Primatibus tam veris quam pratenitis, ut promiscue inter Metropolitanos juxta consecrationum suarum tempora federent, exente Decembri anno 1562.

12. Quales ingenio, & peritia viri sunt ad Ecclesiæ Concilia convocandi, & quantum inter se delectum habere perfectissime veritatorum in sacris Litteris, in Ecclesiasticis Historiis, in Conciliis & Canonibus Ecclesiae, nec non in rebus solerter agendis, docet desecratissimi ingenii Cardinalis Jacobus Sadoletus in sua ad Paulum Tertium Epistola, de indicendo Concilio generali foliicitum. Et vero etiæ numero septima libri duodecim in qua hoc etiam admonet: *Etenim si confidit sanctitas tua res bene processuras, horum Theologorum ope, qui Doctribus in ipsis recentioribus tantum exercitati sunt, crebat mibi ipsa, in quo mentiri cupio, acerbore diffido, & multiplicatis erroribus nos ex Concilio esse discesseros*. Ratio quia Sadoleti animum movebat hæc ipsa erat, quia antiquiorum Ecclesie rerum ignoratio, cum illa dispiciendi acrimonia & usitatisima inter contendentes in Scholastico pulvere contumacia, non tam de veritate, quam de varia ingenii ostentatione follicitis, quaque illos cogit, ne cedere videantur, ad tricas, & plena ambagibus argutias recurrere, prorsus etiæ ingenio sincerati, omnique veritatis perspicuitati inimicissima.

13. In ecumenicis Synodis possunt Legati qui præfident; litteras privatas ad se scriptas etiam ex parte Regum, & rerum Rempublicarum recipere, privatum aperiere & legere. Si hi perfectis aliiquid offendunt, de quo sit admidonendum Patrum confessus, re illa cum Confultoribus & Collegatis agitata, proponendum erit universo confessui. Quia vero littera non privatum ad Legatos, sed ad universum Concilium diriguntur, haec non nisi consultus Patribus aperienda sunt, nisi eorum litterarum auctor alias privatum ad Legatos, aut unum ex eis simile direxit, per quas ipsius Legati arbitrio ac prudentie

decre

9

permitteret, eas quæ ad universum Concilium scriptæ sunt, vel proferre, vel supprimere. Quod autem spectat ad alias deliberationes in Concilio agitandas, harum propositio est de officio legatorum, aut Confultorum Legatis adjunctorum discutienda, re tamen prius cum Legatis accurate examinata. Singulis autem qui ad Concilium convenire liberum est, qui sibi proponenda videbuntur, scriptis in manus Legatorum aut Confultorum consignare. Sic enim occurret confusio, superfluitas, & rerum inutilitas, personarumque contentioni, atque dissensioni future, si singuli quacunque menti occurrunt, vellent in communem deliberationem adduci.

14. Si Papam rebus humanis subducit continget, quo tempore generale Concilium celebratur, non pertinet ad Concilium electio successoris, sed ad folios Cardinales, quibus id officium incumbit. Exemplum præcessit in Concilio Constantiensi, quod etiæ sibi afferuerit Pontifices Romanos tunc inter se contendentes abdicandi, non tamen eligendi eorum loco successoris. Judicio itaque Concilii Cardinales id negotii suscipere, a quibus febris intra conclave Martinus, qui vulgo quintus dicitur, ad Petri Cathedram promotus fuit. Paulus etiam Papa tertius, antequam indicaretur ab eo Tridentina Synodus, decreto speciali Congregationis Cardinalium constituerat, ut si Papam mori continget, dum celebratur generale Concilium, Cardinales Sanctæ Ecclesiæ tantisper a Concilio secederent, Romamque comigrarent, atque inter se successorem Apostolicum Ecclesie Dei providerent. Hæc edita constitutio est designata Octobri anno millesimo quingentesimo quadragesimo secundo, ut scribit Cardinalis Sforcia Palavicinus, Historia Concilii Tridentini p. 1. cap. 1. 10. 11. 12. 13. 14. 15.

15. Preliminaria Conciliorum ineundorum hæc observanda sunt. Indicio solemnis jejuniorum, nec non publicarum simul, privaturnque supplicationum, ad implorandum divini numinis opem & præsidium; simulque dei publicatione, quo sacrum Concilium auspiciandum & inchoandum erit. Quia in se habenda ratio est temporis, intra quod remotiorum Ecclesiarum Antistites commode possint ad Concilii designatum locum profici. Die condita convenient Patres, hora constituta, in aula palatii destinati, atque ibidem singuli a propriis famulis, aut camariis vestiuntur, & ornantur propriæ dignitatis insignibus, ut sunt mitre, pluvialia, casula, dalmatica. Exinde, pro sui gradus & consecrationis ordine, bini & bini in Basilicam destinata, & magnifica adornata silentio procedunt, præante S. Crucis vexillo. Chorum ingressi, flexis genibus orant: tum hymnis invocationis S. Spiritus alta voce ab omnibus concinuntur, aliaeque succedunt preces. Missam universi ex preparatis undique fedibus & subelliis reverenter audiunt. Concio de suggestu ab insigni oratore pronunciatur. His premisis plebs foras emititur, & foras loci obseruantur: confident suo ordine Patres, diploma indictionis faci Conventus legitur. Officiales Concilii eliguntur, leges in Concilio servandas promulgantur; Oratores Principum admittuntur, visi & perfecti in forum litteris monitorioribus: & deinceps questiones in sacro cœtu definienda proponuntur, rationes ex utraque parte accurate expendunt, explorantur & definiuntur; nonnquam in alios dies plenius examinanda differuntur. Quæ definita fuere, in scripta rediguntur, eorumque deum approbat & confirmatio a summo Ecclesiæ Hierarchia, seu Pontifice humilibus precibus postulatur.

16. Prima quidem Nicena Synodus inita fuit intra aulam Palatii Constantini Magni, ut in illius Vita lib. 3. cap. 12. fidem facit Eusebius. Sexta etiam Synodus contra Monothelitas, præsentis Constantino Pogonato habita est in regiariu adiuu laqueato loco, qui Trullus vocabatur, in quo etiam coacta postmodum fuit Synodus Quinisextæ. Ecumenica vero secunda Synodus Constantiopolis confedit in facra aede Sanctorum martyrum Pantaleonis & Marini, que ex unanimi Episcoporum consensu nomen *Quinisexta*, id est *concordia fortis* est, ut scribit Joannes Damascenus, tract. 3. de Imaginibus. Similiter Ephesina in aede Beatae Marie, & Chalcedonensis in Templo Sancte Virginis & Martyris Euphemiae. Nicena altera in eius urbis primario Templo. Synodus deinde octava in basilica divina Sophie facta.

17. Confuetudo ab antiquo invaluit, ut in medio Concilii folio super pulvinari collocaretur facer Evangeliorum codex: nonnunquam etiam veneranda Iepha, seu reliquia, ut factum legimus in actis Synodorum Chalcedonensis, Nicene secunda, & ultima Constantiopolitana, quæ octava dicitur.

18. Præcipui qui inter preliminaria Conciliorum eligendi sunt officiales, sunt Confultores, qui Legatis præsidibus assistunt in omnibus que agenda, proponenda, vel dirigenda sunt: Notarii qui quæ dicuntur, proponunt, postulant, & constituuntur, in scripturam redigunt: Promotores seu Procuratores, qui culpas & transgressiones decre